MONUMENTA GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

ne ſedit annos IIII. menſes X. dies XVIII. ſepultus eſt in baſilica beati petri apoſtoli.
Iohannes III. natione romanus ex patre anaſtaſio. ſedit annos XII. menſes XI. dies XXVI. Fuit tempore iuſtiniani et narſetis patricii. et in baſilica beati Petri ſepultus eſt.
Benedictus I. natione romanus ex patre bonifacio. ſedit annos IIII. menſem I. dies XXVIII. Fuit tempore iuſtini minoris. et ſepultus eſt in baſilica beati (apoſtoli) petri in ſecretario.
Pelagius II. natione romanus ex patre vigilio. ſedit annos X. menſes II. dies X. Fuit tempore tyberii auguſti. et ſepultus eſt ad beatum petrum apoſtolum. Hic domum ſuam xenodochium pauperum ſenum fecit.
Gregorius I. natione romanus ex patre Gordiano ſedit annos XIII. menſes VI. dies X. Fuit tempore Mauricii et ſepultus eſt in baſilica beati petri ante ſecretarium. Hic domum ſuam conſtituit monaſterium et miſit Mellitum et auguſtinum et iohannem et alios cum eis monachos praedicare chriſtum genti anglorum. et auxit in canone diesque noſtros in tua pace diſpone. Fecit et ~~coteum~~ conſtituit x) ſuper corpus beati petri miſſas celebrare. ſimiliter et in eccleſia beati pauli
Fabianus natione tuſcus ex patre bono. ſedit annum I. menſes V. dies VIIII. et ſepultus eſt in baſilica beati petri apoſtoli.
Bonifacius III. natione romanus ex patre iohanne ſedit menſes VIII. dies XXII. Fuit tempore Focae et ſepultus eſt apud beatum petrum apoſtolum
Bonifacius IIII. natione Marſus ex patre iohanne ſedit annos VI. menſes VIII. dies XIII. Fuit tempore Focae. A quo quidem optinuit, ut

Vgl. Transl. S. Magni SS. IV, p. 425

Iuſtinus minor

Tiberius

Mauricius

x) c:

Focas

Sintpertus iſte a Karolo rege Francorum, immo divinitus Auguſtae pontifex deſtinatus, angelicam vitam inter homines duxiſſe creberrimis ſignorum atteſtationibus probatur. Siquidem diverſis incommoditatibus corporis laborantes frequenter per viſum ammoniti, ſaepe etiam ſpiritu eos illuc ducente ſanitati integerrime reſtituuntur. Inde eſt, quod cerei et luminaria pene plura ab infirmis ibidem accenduntur quam in toto illo monaſterio. Triginta annis rexit eccleſiam Auguſtenſem. et eccleſiam S. Afrae ac alias eccleſias reparavit, guae

Iohannes.
110us. Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.